

HVLDRICVS HVTENVS FRANCVS.



**H**VLdricus ex nobili familia Hutenorū apud Francos natus est 20 April. anno 1488. Is cum præclara īdole esset p̄ditus, parentū consilio operam literis dedit, & in omni genere artiū & disciplinarū plurimū profecit. Huic eruditioni armorum quoq; studia cōiunxit, & in bellis Venetis Cēsari Maximiliano suam operā fortiter p̄sttit, ita ut ei gratissimus esset. Cum aut̄ postea Lutheri doctrina publicare f̄t, Huldricus eam arripuit, atq; contra alios mordicus defendit. Vnde multa audacter & liberē in pontificios, multa etiā in principes & Magistratus ciuitatū scripsit. Plurima quoq; poētica in uarios usus composuit, quæ postea ex diuersis eius monumentis collecta & edita fuerūt. In Huldricum etiam principem Vuirtenbergicum īnuectiūas scripsit, & phalarismum dialogum composuit.